JN SACRAS CONCIONES SUPRA Libr: Judicum.

VIRI REVERENDI, CLARISS. ET EXCELLENTISS. DOMINI FRIDERICI BALDUINI SS. THEOL. D. & Profeſsoris longè celeberrimi, itemq; ejusdem Facult. Senioris, & Eccleſiæ VVittenb. Superintendentis ut meritiſsimi, ita fideliſſimi, Domini Collegæ & fautoris vnicè & opere maximo ſuſpiciendi

EPIGRAMMA Αναθεματικόν.

JUdæi proceres, magnis gens clara triumphis,
Queisq; Palæſtina eſt curia recta, patres,
Ezriade Gedeon, vosq; ô Samſonia virtus,
Et Tu, quæ ſexu fortior ipſa tuo,
Atque alij, atque alij heroes, quorum ardua facta
Jordanis ſtatuens flumina deſtupuit:
Accipite ô læti hoc ſertum, quod dedicat umbris,
BALDUINI, veſtris, officioſus honor.
Quicquid olivifera Sion ſacer educat umbrâ,
Continet hæc textu dædala ſerta ſuo.

F.

Auguſtus Buchner
Poët. Prof. Publ.